Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36640
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



49

anxenorec appetere; Inpresenti u ambulare e sibi
metipsi absentare nee; Omnis autem iustus quantam sua
sollicitus aspicit. et diligenter considerat quantum
cotidie in bonis crescat. aut fortasse quantum
a bonis decrescat; Ita qui se ante ponit coram se
ambulat. quippe qui vigilanter uidet. utrum surgat
an defluat; Quisquis u uitae suae custodia negle
git discutere que agit. Que loquitur que cogitat.
aut despicit aut nescit. coram se ita ~~nonnisi~~ ambu
lat. Quia qualis sit in suis moribus tali tibi ignorat:
Nec sibi metipsi presens est. qui semetipsum cotidie et
quiete atque cognoscere sollicitus non est; Ille u uera
citer se ante se ponit sibique in presenti est. qui se in suis ad
ab; tamquam alium attendit. Iam si multa peccata
que committimus sed idcirco nobis grauia non uidentur.
quia priuato nos amore diligenter clausis nobis
oculis. in nostrae decepcione blandimur; Unde fit
plerique; ut et nostra grauia leuiter. et proximorum
mala leuia grauiter iudicemus; Scriptum quippe est;
Erunt homines seipsos amantes; Et scimus quae
hemiter claudit oculum cordis amor priuatus.
Exquo fit. ut hoc quod agimus et grieue esse nesciamus.